

efficunt uel specierum formas subiectae suscipiunt uel pro-
 terea aliquid uel quae cuiuslibet forma est. Argumentum
 igitur ab efficiente causa ut si quis iustitiam naturalem uelit
 ostendere dicat congregatio hominum naturalis est iustitiam
 uero congregatio hominum fecit iustitiam igitur naturalis est.
 Quae sit de accidenti maxima propositio quorum efficientes
 causae naturales sunt ipsa quoque sunt naturalia locus ab effi-
 cientibus quod enim unius cuiusque causa est rursus si quis
 mauros armo non habere contendat dicitur de eo eos minime
 armita qui ab his ferrum desit maxima propositio ubi materia
 deest & quod ex materia efficitur desit locus a materia uno
 nomine a causa dicitur & quae enim id quod efficitur atque id quod
 operans a factum suscipit eius rei quae efficitur causae sunt.

Rursus a fine sit propositum a iustitia bona sit fiat argumen-
 tatio talis si beata esse bonum est & iustitia bona est. hic est
 iustitiae finis ut quis secundum iustitiam ad beatitudinem perdu-
 citur maxima propositio cuius finis bonus est ipsum quoque
 bonum est. locus a fine ab eo uero quae cuiusque forma est ita
 non potuisse uelare daedalum quoniam nullas naturalis forma pennas
 habuisset & maxima propositio tantum quemque posse. quantum
 forma permisit locus a forma ab efficientibus uero & corrup-
 tionibus & uisibus hoc modo nam si bonum est domus & constructio